

doctissimis contendere: hoc tantummodo observari vellem, quod Novella cxi. dicitur *Dat. XVII. Kal. Octobr. CP. Imp. D.N. Justin. PP. A. Anno I.* Novella cxlviii. *Dat. CP. D.N. Justinian. PP. Anno XIX. Post Consulatum Basilii V. C. Anno IV.* ac proinde argumento id esse, hæc duas saltem ad Justinianum referri debere, quum in reliquis, quæ Justino ac Tiberio tribuuntur, nulla extet temporis nota.

Reliquum est, ut Græcarum, quæ supersunt, Novellarum ex editione Scrimgeriana Titulos exhibeam.

πινάξ τῶν τῶν Ἰουστιανῶν αυτοκράτορος & νεωτέρων διατάξεων: *Index Novellarum Justiniani Imperatoris Constitutionum.* Apud Fabricium t. xii. Bibliot. Græcæ p. 373. sic habet Inscriptio. Γνώσις πῶς τῆς τῶν ἐκείνου Ἰουστιανῶν βασιλέως ἐπιγραφῶν & τῶν περὶ περιοχῶν. *Index Titulorum, qui singulis D.N. Justiniani, sacratiss. Principis & Augusti Novellis Constitutionibus, argumentorum loco præfixi sunt:* De quibus tamen Titulis hæc adnotat idem Fabricius pag. 402. *Tituli præpositi singulis novellis Justiniani, ut varii sunt & incerti, ita neque certum neque veterem ullum auctorem habent, quoniam vel eos pro suo ingenio ibi studiosus quisque fecit; vel sumpsit ex Basilicis, ex quibus qui pertinebat ad tres aut plures novellas, eum nonnunquam uni aptavit inepte, notante Cujacio XX. 33. Obs. Idem Cujacius ante Commentarium suum in Novellas exhibet breves titulos, & aptiores cæteris, Latine versos ex Græco ms. Bibliotheca Regiæ Christianissimi.*

Novella I. περὶ κληρονομιῶν, ἢ τῆς φαλκιδίας. De hæredibus, & Lege Falcidia: (& si hæres legata solvere noluerit.) Initium. Αὐτοκράτορας Ἰουστιανὸς Ἀυγύστου, ἰδὼν τῶ ἐδοξοτάτω ἐπαρχῶ τῶν ἱερῶν τῆς ἐν πραιτωρίῳ τοῦ δέου-  
 πρου ἀπὸ ὑπέτων, ἢ πατρικίῳ. ἐπισηχολημένοις ἡμῶν περὶ τῆς ἀπάτης τῆς πολιτείας φρονήδας. *Ad Joannem Praefectum, Orientis Prætoriorum, secundo Exconsulem & Patricium.* *Dat. Kal. Jan. Bilif. V. C. Conf. Ind. xiiii.* Hæc Novella de hæredibus & Lege Falcidia, Græcæ cum Versione & Scholiis Francisci Balduini, eruditi Jurisconsulti, lucem vidit Parisiis 1542. in 4. addita Versione Latina.